PONTIFICALE ECCLESIAE ADMONTENSIS

Anfang 15. Jh.

Seite 67v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25980
Copyright: Admont, Benediktinerstift

gratia illustrasti. cui mox optinuit confessio
perspicue dei filium. fides premium pena venia-
lamenta gaudia sempiterna. dum confessor
meruit. possessor exstitit paradysi post crucem.
Sed quia verba pietatis tue indigent venia.
quamvis indigni sacerdotis opera non commendant.
saltem astancium vota suscipe. ut michi illorum
apud te precibus veniam. et eorum meritis sacri-
ficia nostrorum vulnerum salubriter nobis conferant
medicinam. ut quia omnipotens pro omnibus factus
es hostia pro peccatis. assis nobis sanctificacio in sa-
crificio pro delictis. Salvator mundi.
Si ante oculos tuos domine culpas
quas fecimus. et plagas quas exci-
pimus conferimus. minus est quod patimur.
maius quod meremur. Peccati penam sen-
timus et peccandi pertinaciam non vitamus.
In flagellis tuis fragilitas nostra frangitur